

siccatus est fons sanguinis eius. & sensit
corpore quod sanata esset a plaga. **E**t
statim ih̄c cognoscens in semetipso uir-
tutem quae exierat de illo. conuersus
ad turbam aiebat. **Q**uis tetigit uesti-
menta mea. **E**t dicebant illi discipu-
li eius. **V**ides turbam comprimentem
te. & dicis quis me tetigit. **E**t circum-
spiciebat uidere eam. que hoc fecerat.

Mulier autem timens & tremens. sciens
quod factum esset in se. uenit & peidit
ante eum. & dixit ei omnem ueritatē.

Ille autem dixit ei. **F**ilia. fides tua te
saluam fecit. **V**ade in pace. & esto sa-
na a plaga tua. **FER. VI. S. MARCII**
Nill. **E**GRESSUS EST IHC AD MARE.
omnisq; turba ueniebat ad eum. & do-
cebat eos. **E**t cum p̄teriret. uidit iacobū
alfei sedentem ad theloneum. & ait illi.
Sequere me. **E**t surgens. secutus est eum.